

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

15 De virtutibus moralibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

eadem fidei sacramenta, eadē authoritas, & eadem professio. vñ dicit Apos. Diuisus est Chritis; abſit.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q̄ uerba Matth. tripliciter exponuntur. Hilac. & Amb. exponunt ſed̄ ſenſum myſticum dicentes, Nolite portare aurum &c. i. nihil in ſpiritualibus ministerii auro uendatis: non duas tunicas, i. non duplēcē animā habecatis. Alii exponunt ad literam, & una expoſiſio eſt Aug. qui dicit q̄ illa uerba non dicuntur p̄ modum præcepti, ſed permissionis, ita q̄ qui non feruat non peccat, & qui feruat melius facit, ut sit ſenſus. Nolite portare. i. quādo itis ad predicandū, nolite ſolliciti eſſe de expenſis, quia debentur uobis a populo. Dignus eſt. n. operarius &c. quādi dice ret. Ideo permitto q̄ non portetis, quia digni eſtiſ accipere ab aliis, quibus prædicatis. Paulus hoc nō feruauit, & tamen contra regulam hanc non fecit, ſed ſupererogauit. Alia expoſiſio eſt aliorum fan-ſtorum, qui dicunt quod hac diſta ſunt præcepti, ſed hoc præceptum darum eſt non ad ſp̄ feruan- dum, ſed ad primam promiſionem: bis. n. eos miſit. Sante paſſiōnē ludeſis, & poſt rufurrecſiōnē Gentibus. In prima dixit eis. In uiam gentium ne abieritis; in ſeunda dixit. Docete oēs gentes. In pri- ma mandauit q̄ prædicta feruarent, non autem in ſeunda. & iō huius eſt: quia in prima ſolum mit- tebantur ad ludeſos, apud quos conſuetum erat, q̄ magiſtri eorum ab eis fuſtentarentur, & ideo fine ſcandalō poterant accipere, & uti potestate ſibi cō- ceſſa: apud uero Gentiles non erat huuifmodi con- ſueruo, quia apud eos non erant huuifmodi pra- dicatores, & ideo fuſſet eis ſcandalum, & uiuua fuſſet eis q̄ pro quaſtu Aſtoſoli, prædicarent, & ideo Paulus hoc præceptum non feruauit in Gē- tibus, & iō Dominus in ſeūda miſiōne dixit. Nūc qui haber faccūlum tollat ſimiliter & peram.

**A**D SECUNDVM dicendum, quōd Aug. reſpon- det in iſpolita contra Donatiſtas, & habetur ſuper illud P̄ al. 2. Quare frenuerunt gentes. Diftinguit enim diuersa tempora ecclieſie. Fuit. n. tempus q̄i aſterunt reges aduerſus Chriſtum, & in illo tem- pore non ſolum non dabant fideliſib⁹, ſed & eos occidebant. Aliud uero tempus eſt nunc, quo re- ges intelligent, & erudit feruunt Domino Iesu Chriſto in timore, &c. & ideo in iſto ſepteſore reges ſunt uafalli ecclieſia, & ideo eſt alius ſtatus ecclieſia nunc, & tunc, non tamen eſt alia ecclieſia.

## QVÆSTIO XIV.

**D**EINDE q̄uæſitum eſt de uirtutib⁹. ¶ Primo, De quadam uirtute intellectuali, ſci- liet, de veritate. ¶ Secundo, de uirtutib⁹ moralib⁹. ¶ De ueritate q̄uæſita ſunt duo. ¶ Primo, De fortitudine veritatis. ¶ Secundo, De confirmatione veritatis, quæ eſt per iuramentum.

## ARTICVLVS XX.

Vtrum ueritas ſit fortior inter unum, & regem, & mulierem.

Art. ſpecieſ-  
lii. i. po. a.  
16.23. q.409.  
de uo.

**A**D PRIMVM quæſitum eſt, vtrū ueritas ſit for- tior inter unum, regem, & mulierem. Et vñ quod unum, quia immutat maxime hominē. Itē q̄ rex, quia pellit hominem ad id qđ eſt difficulti- um. Sad hoc qđ ſe exponat periculo mortis. Itē,

A quod mulier, quia dominatur etiam regibus.

**C**ONTRA, Eſdr.3. Fortior eſt veritas.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ hæc eſt quaſio propo- ſita iuueniibus diſſoluenda in Eſdra. Scindum er- go q̄ ſi conſideremus iſta quatuor ſimileſ. ſ. vi. vi. viii. regem, & mulierem, & veritatem, non ſunt compa- rabilia, quia non ſunt unius generis, tamen ſi conſi- derentur per comparationem ad aliquem effectū, concurrunt in unum, & ſic poſſunt comparari. Hic autem effectus, in quem coenunt & poſſunt, eſt immutatio cordis homini. Quod ergo inter iſta magis immet cor homini, uidendum eſt.

Scindum eſt ergo, q̄ immutatiuum homini ſequamur corporale, & aliud eſt animale, & hoc eſt duplex, ſenſibile & intelligibile. Intelligibile eſt eſt duplex, i. prakticum & ſpeculativum. Inter ea aut̄ quæ pertinent ad immutatiuum naturaliter ſimileſ diſpoſitionem corporis, eſt excellentiam vinum, quod facit per temulentiam loqui. Inter ea quæ pertinet ad immutatiuum appetitum ſenſituum, excellenti- or eſt delectatio, & præcipue circa venerea, & ſic mulier eſt fortior. Item in prakticis & in rebus hu- manis, quæ poſſunt hoc facere, maximam po- teſtam habet rex. In ſpeculativis ſummuſ & poten- tiſſimum eſt veritas; nūc aut̄ vires corporales ſub- ſtruunt uiribus animalibus, vires animales inelle- ſtruunt. & intellegitiales praktice ſpeculativiſ. & iō ſimpli veritas digniore eſt, & excellentiſſimor, & fortior.

## ARTICVLVS XXI.

Vtrum accipiens doctrinam aliuuius experimenti ſub iura- mento non communicandi teneatur feruare iuramentum.

**S**ecundo queritur, utrum accipiens doctrinā aliuuius experimenti ſub iuramento non com- municandi, teneatur feruare iuramentum. & vide- tur q̄ ſic, quia ſic obligatus non debet facere aliq̄ quod uergat in detrimentum illius qui dedit, uel qui docuit: hoc autem eſtet si aliis communicate, ergo &c.

**P**ar. 35. 120. 22. q. 89. de iu- ramēto præ- cipe, uide ar. 7. c. ad 2. ar. 9. ad 1. q. 93. ar. 1. ad 1. 2. & a. 2. ad 1. & 3. di. 3. 9. 1. 3. q. 1. v. 9. q. 4. 2d 4.

¶ 2 Prat. Communicare tale experimentum, non tenetur ex parte ſalutis aeternæ aliuui. Cum ergo nō teneatur alteri communicate, non debet ſic obli- gatus communicate.

**C**ONTRA. Non communicate ſalubre reme- dium, ſive quodcumque bonum, eſt contra chari- tam. ergo &c.

**R**ESPON. Alter dicendum eſt hic ſimpliciter, & aliter in caſu. Simpliciter loquendo non tenerur, ſed male fecit iurando. Iuramentum. n. nō ſolum amittit viuā q̄uā iuramentum eſt illicitum, ſed eſt q̄ uirando peiorat: quia iuramentum obligans debet habere iudicium, iuſtiſiam, & veritatem: ſed & ſi iu- ro quandoq; aliq̄uid quod licet mihi non facere, puta, non iur ad ecclieſiam, non licet tamen iurare, quia licet ſit mihi illictum pro aliquo tempore face- re, vel dimittere huuifmodi bonum quod eſt ad ec- clieſiam ire, non tamen licet mihi iuſtum interpo- nere, & aitūm obſfirmare ad aliquod bonum non faciendum, ga hoc eſt facere cōtra ſpirituſanctum. & iedo iurum contra oē id quod eſt de genere bo- norū eſt illictum, & non feruandum: tamē in caſu feruare tenetur, puta, ſi ille, vel aliud ſufficiens medi- cus preſens eſſet, & paratus eſſet curare, & uti illo experimento in ſalutem corporalem aliorum.

Et ſic patet ſolutio ad obiecta.

## QVÆSTIO XV.

**D**EINDE q̄uæſitum eſt de uirtutib⁹ moralib⁹. ¶ Et primo, De uirtutib⁹ ſecondum ſe. ¶ Secundo, Specialiter de quodam actu iuſtitiae, & de reſtitutione.

## ARTI.

## QVODLIBET. XII. ART. XXII. XXIII. ET XXIV.

### ARTICVLVS XXII.

Vtrum virtutes morales sint connexæ.

i.p. q.73.a.1.  
b. & 12. q. 85.  
ar. 10. 2. c. 22.  
q. 146. a. 4. 0.  
maio. q. 4. ar.  
3. ad. 4.

**A**D PRIMVM quæstum est, vtrum virtutes morales sint connexæ. Et uidetur q̄ non, quia acquiruntur ex æstibus, qui sunt diuini & distincti. ergo potest acquiri una virtus sine alia.

¶ 2 Præt. Augu. dicit. Nihil contra diuinam essentiam dicit, qui dicit quod qui habet unam, non habet omnes.

¶ 3 Præt. Virtutes habentur ex consuetudine, quæ requirunt tempus.

RESPON. Dicendum secundum omnes sanctos & sic: sed loquendo de virtutibus in communis complex ratio assignat a diuersis, fm quod diuersimodo locuti sunt de virtutibus. Virtutes enim cardinales dupliceiter accipiuntur ab aliquibus. Quidam n. dicunt virtutes esse quæsita modos generales qui requiruntur in omni virtute, puta, quod fortitudo est quæcumque firmitas animi in quibuscumque rebus, temperantia est moderantia animi in omnibus rebus, & sic de aliis. Et secundum istos necessè est quod virtutes sint connexæ, quia isti modi generales requiruntur in omni virtute, & si aliquod horum defuerit, non est virtus aliqua; quia si temperantia rectitudinem non habeat quæ est iustitia, vel non habeat animi firmitatem quæ est fortitudo, & sic de aliis, non est virtus, & hunc modum Aug. ponit 3. de tri. & magist. in 3. sent. Alii autem accipiunt distinctionem harum virtutum secundum determinatas materias, sicut Arist. & peripatetic: unde prudenter secundum philosophum non est recta ratio in omnibus, sed solum in agibilibus. Similiter iustitia nō dicit rectitudinem animi circa inquisitionem & actiones humanas, quæ sunt ad alterum. Fortitudo etiam dicit firmitatem animi nō circa omnia, sed circa ea in quibus est difficultatum animū fortē habere. circa pericula quæ sunt in bellis. Temperantia vero est circa ea in quibus difficultatum est animum moderare. circa delectationes gustus, & tactus, quæ sunt maxime delectationes, nō in quibusque que alii cōcupiscentiæ, sicut scientia, vel pecunia: & sic etiam loquendo de virtutibus, virtutes morales sunt connexæ, cuiusconnexionis ratio accipitur fm Phil. ex parte prudentia, quia nulla virtus potest haberi sine prudentia, & impossibile est habere prudentiam sine virtutibus moralibus, cuius ratio est, quia prudentia nihil aliud est quam recta ratio agibilium. Impossibile est autem rectam rationem habere circa aliquod, nisi ex recta ratione circa principia: principia aut agibiliū sūt fines virtutū, & circa fines virtutum nullus bene se habet nisi per habitum illius virtutis, & sic necesse est quod prudentia habeat secum alias virtutes morales. Similiter aliae non possunt haberi sine prudentia. Potest enim aliquis habere inclinationem naturalem ad actus aliquiis virtutis sine prudentia: & quanto habet maiorem inclinationem sine habitu virtutis, tanto peius est, & plus impingere potest sine prudentia, sicut patet de illo qui nabet fortitudinem naturalem sine discretione, & prudentia. & ideo dicit Greg. Cetera virtutes nisi ea quæ agunt, prudenter agant &c. Est & alia ratio connexionis in virtutib, gratuitis propter charitatem, in qua connectur, quia qui habet charitatem, habet omnes virtutes gratuitas, & similiter qui habet unam, habet charitatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod actus nō sūt

F diuini secundum virtutes, quia non pōt esse actus temperantiae sine actu fortitudinis, nec fortitudinis nisi cum actu temperantiae &c.

AD II. dicendum, quod hoc dicitur, quia nō probatur per autoritatem Bibliae.

AD III. dicendum, quod non dicuntur morales a consuetudine, sed amore: & dato quod indigeant tempore, tamen non habebit virtutem nisi sit prudens.

### QVÆSTIO XVI.

**D**E INDE quæstum est de restitutione, quæ est actus iustitiae.

¶ Et circa hoc quæsta sunt tria.

¶ Primo, De illis qui pp partes sunt extra ciuitates. ¶ Secundo, De eo qui mala fide longo tempore præscriptis:

¶ Tertio, de eo qui aliena consumpsit.

### ARTICVLVS XXIII.

Vtrum expulsi propter partes, possint expetere bona sibi illis qui sunt in ciuitate manentes.

**C**IRCA primum queritur, utrum expulsi pp partes, possint expetere bona sua ab illis qui sunt in ciuitate manentes. & uidetur quod non: quia multi de his, qui sunt in ciuitate, culpm non habuerunt ad eorum expulsionem, & sic punientur aliqui pro culpa alterius.

¶ 2 Præt. Expulsi fuerunt contra partem Ecclesiæ, & sic iustum bellum. ergo a dīo est contra eos, & sic damnata eis non sunt restituenda.

¶ 2 Præt. Secundum Philo. cum mutatur ordo ciuitatis, non remanet eadem ciuitas: sed cum mutatur dominum & principatus, mutatur ordo: & sic nō est eadem ciuitas. ergo expulsi non pertinent ammodo ad ciuitatem quæ prius erat. ergo non tenentur eis ad restitutionem.

CONTRA. Qui spoliatur a raptor, pōt repetrere, & accipere ea q̄ sunt sibi ablata. ergo illi expulsi.

RESPON. Dicendum, quod aut sunt expulsi iuste, scilicet, propter eorum culpm, & sic non possunt repetrere aut iusta aut iniuste, id est, sine culpa, & sine debito ordine iustitiae, & sic possunt repetrere. Si autem habent superioriē, debent per superioriē petere sibi restituiri: si autem non habent superioriē, ipsi metu possunt, si possunt, recuperare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non puniatur sic aliquis pro peccato alterius, sed pro suo: ga maiores omnia faciunt auctoritate & fauore populi, & sic populus in fauendo maioribus fuit in culpa. ¶ 2 Præt. Illud intelligitur de pena spirituali, quia nullus punitur sine propria culpa, non de corporali, quia frequenter unus pro alio punitur.

AD II. dicendum, q̄ inquantum iuste agunt, sicut pro ecclesia, inquantum iniuste contra ecclesiam.

AD III. dicendum, quod si sunt eadem persona, manifestum est quod tenentur sibi: alia omnino non tenentur:

### ARTICVLVS XXIV.

Vtrum ille qui mala fide prescriptis, teneatur ad restitutionem.

**S**ECUNDO quærebatur, utrum ille qui mala fide prescriptis, teneatur ad restitutionem, & uidetur quod non: quia lex dicit, quod qui etiam ma la fide prescribit, acquirit dominium.

CON-